

Autoridades Latinas.

de aeternitate animarum querere, immò meherculè credere; credebam enim facile opinionibus magnorum virorum rem gratissimam promittentium magis, quam probantium. Dabam me spèi tantæ, iam eram fastidio mihi, iam reliquias ætatis infractæ contemnebam in immensum illud tempus, & in possessionem omnis ævi transiturus; cum subito experrectus sum epistola tua accepta, & tam bellum somnium perdididi, quod repetam, si te dimisero, & redimam.

Capit. 3. Epitaph. cap. 2 8. Enchir. *Sic nihil unquam humile cogitabis, nec impense cupies quidquam.*

Cap. 5. Nazianzen. orat. 3 8. in Christ. Natiuit. *Æternitas, nec tempus, nec temporis pars vlla est.*

Capit. 7. §. vltim. S. Bernard. ferm. 1. in festo omnium Sanctorum. *Paupertate, mansuetudine, & fletu renovatur in anima similitudo quedam, & imago æternitatis, omnia tempora complectentis; dum paupertate futura meretur mansuetudine sibi præsentia vendicat, luctu penitentiæ præterita quoque recuperat.*

Cap. 18. §. 4. Dionys. Carthus. in Psal. 76. *Non gloriemur in meritis vitæ prioris, nec aliquid estimemus nosmet ipsos; sed quotidie tam recèter, tamque ferventer agamus, ac si eodem die primum inchoarem, atque morituri essemus.*

Cap. 11. Marc. Aurel. Anton. lib. 4. suæ vitæ. *Si quis tibi Deorum diceret, moriendum tibi, aut cras, aut ad diem tertium, non iam magnopere tertium diem crastino præferres, nisi animi esses omnino abiectissimi; quantum animi est intervallum? Eodem modo iudicia non in magno ponendum esse discrimine, post mille annos, an vero cras decedas. Crebrò reputa, quam multi Medici sint mortui, qui sepe numero egrotos inspicientes, supercilia contraxerint: quot Mathematici, qui alijs exitum è vita prædicendo se iactaverint: quot Philosophi, qui de morte, & immortalitate multa asseruissent: quot rebellica laudati, qui multos occiderant: quot tyranni, qui magna cum insolentia, tamquam immortales, potestate sua vsi erant; quot vrbes mortue (vt ita dicam) sunt; Heliæ, Pompeij, Herculanium, & aliæ innumera. Collige etiam, quos tu ipse nosti, vnum post alium, cuius funus ipse curasti, mortuos: & quod heri fuit piscis, cras erit falsamentum, aut cinis. Momentaneum itaque tempus.*

Capit. 12. Sanct. Hieron. in Isaia cap. 40. *Revera, si quis fragilitatem carnis respiciat, & quod borarum momentis crescimus, atque decrescimus, nec in eodem statu manemus, ipsumque quod loquimur, distamus, & scribimus, de vitæ nostræ parte prætervolat, non dubitabit carnem fenenum dicere, & gloriam eius quasi florem fœni.*

Autoridades Latinas.

fœni. Despues dize: *Qui dudum infans, subito puer; qui puer, repente iuuenis, & vsque ad senectutem per spatia mutatur incerta, & ante se senem intelligit, quàm iuuenem non esse miretur.*

Idem in epitaph. *Nepotiani.*
O miserabilis humana conditio, & sine Christo vanum omne quod vivimus! Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Vbi nunc decora illa facies? Vbi totius corporis dignitas, qua vel vt pulchro indumento pulchritudo animæ vestiebatur? Marcescebat (proh dolor!) flante austro liliū, & purpura viola in pallorē sensim migrabat. Y luego añade: Debemus ergo & nos animo præmeditari quod aliquando futuri sumus, & quod, velimus, nolimus, longius abesse non potest. Nam si nongentos vitæ excederemus annos, & Mathusalem nobis tempora donarentur, tamen nihil esset præterita longitudo, quæ esse desisset; etenim inter eum, qui decem vixit annos, & eum qui mille, postquam idem finis vitæ adveniret, & irrecusabilis mortis necessitas, transactū omne tantumdem est, nisi quod senex magis onustus peccatorum fasce proficiscitur.

Capit. 13. *Anton. de vita sua, lib. 2.* *Quid si tria annorum millia tibi vivenda forent, insuperque triginta alia? Tamen recordandum tibi est, neminem aliam ab ea quam vivit, vitam deponere nec aliam deponere, quam eam, quam*

vivit. Itaque idem est longissimum spatium cum eo quod est brevissimum; nam quod præsens est, id omnibus idem est, quamquam id, quod perijt, non sit idem atque id quod amittitur. Ita temporis punctum esset apparet; etenim nec præteritum aliquis, nec futurum quidquam amittere potest, qui enim id ei admitatur, quod nec habet idem? Duo itaque hæc memoria sunt tenenda: Vnum, omnia ab æterno esse eiusdem formæ, atque circulo revolvi; neque disferre quidquam, eademine centum aliquis, aut ducentis annis, an verò infinito videat tempore. Alterum, quod is, qui diutissimè vixit, & is, qui celerimè moritur, tantumdem amittunt; eo enim tantum privantur, quod præsens est, quando id etiam solùm habent, quod autem non habetur; id ne deperditur quidem.

S. August. de Civitate Dei, lib. 13. cap. 10. *Ex quo enim quisque in isto corpore morituro esse cœperit, numquam in eo non agitur, vt mors veniat; hoc enim agit eius mutabilitas toto tempore vitæ huius; si tamen vita dicenda est, vt veniatur in mortem. Nemo quippe est, qui non ei post annum sit, quàm ante annum fuit, & cras quàm hodie, & hodie quàm heri, & paulò post quàm nunc, & nunc quàm paulò ante, propinquior; quoniam quidquid temporis vivitur, de spatio vivendi dimittitur, & quotidie sit minus, minusque quod restat, vt omnino nihil sit aliud*

Autoridades Latinas.

tempus vite huius, quam cursus ad mortem. In quo nemo, vel paululum stare, vel aliquanto tardius ire permittitur; sed omnes vrgentur pari motu, nec diverso impelluntur accessu.

Idem. Quid enim aliud diebus, horis momentisque singulis agitur, donec ea consumpta mors, qua agebatur, impleatur, & incipiat iam tempus esse post mortem, quod cum vita detraberetur, erat in morte? Numquam igitur in vita homo est, ex quo est in corpore isto moriente potius, quam vivente, si & in vita, & in morte simul non potest esse. An potius, & in vita, & in morte simul est: in vita scilicet, in qua vivit, donec tota detrabatur; in morte autem, quia iam moritur cū vita detrabitur?

Quintilian. in Madmen. Per exigua festinantis avi momenta pramoritur.

Senec. cap. 55. Erramus quando mortem indicamus sequi, cum illa, & pracesit, & sequutura sit. Quid quid ante nos fuit, mors est; quid enim refert, utrum non incipias, an desinas? Vtriusque res hic est effectus non esse.

S. II. Chriftost. hom. ad pop. Si quis intra centum annos vna solam nocte suave, lentumque somnium vidiſſet, & centenis ob id annis puniretur: an somnium ei appetendum eſſet?

Augustinus. Melius est modica amaritudo in faucibus, quam aeternum tormentum in visceribus.

Cap. 14. Senec. lib. 9. epist. Vin-
dicæ tibi, & tempus (quod adhuc aut auferebatur, aut surripiebatur, aut excidebat) collige, & serva. Quem enim mihi dabis, qui ali-
quod pretium tempori ponat, qui diem æstimet, qui intelligat se quotidie mori?

Bernard. serm. ad Scholares. Nil pretiosius tempore, & (heul) nihil hodie vilius invenitur. Transiit dies salutis, & nemo recogitat: nemo sibi perire diem, & nunquam rediturū causatur; sed sicut capitulus de capite, sic nec momentū peribit de tempore.

Idem. Nemo vestrum parvi æstimet tempus, quod in verbis consumitur otiosis. Volat verbū irrevocabile, volat tempus irremediabile, nec advertit inspiens quid amittat, licet fabulari dicat, donec hora prætereat. O. Donec prætereat hora, quam tibi ad agendam penitentiam, ad obtinendam veniam, ad requirendam gratiam, ad promerendam gloriam, miseratio Conditoris indulget: Donec transeat tempus, quo divinam propitiare debueras pietatem, properare ad Angelicam societatem, suspirare amissam hereditatem, excitare remissam voluntatem, flere commissam iniquitatem?

Idem in Cantic. Term. 75. Dū tempus habemus, operemur bonum ad omne, præsertimque cum Dominus aperte præannuntiat, venire noctem, quando nemo potest operari. Tunc aliud ad querendū Deū,

Autoridades Latinas.

ad operandum quod bonum est, re-
 perturus es tibi tempus in saeculis
 venturis, praeter hoc, quod constituit
 tibi Deus, in quo recordetur tui? Et
 ideo dies salutis, quia in his ipse
 Deus Rex noster ante saecula opera-
 tus est salutem, qua iam facta est in
 medio terra. Tu ego, & in medio
 gehenna expectato salutem, qua iam
 facta est in medio terra. Quam tibi
 somnia proventuram inter ardores
 sempiternos facultatem veniã pro-
 merendi cum transiit tempus mise-
 rendi? Non relinquitur tibi hostia
 pro peccatis mortuo in peccatis. Non
 crucifigitur iterum Filius Dei, mor-
 tuus est semel, iam non moritur.
 Non descendit ad inferos sanguis,
 qui effusus est super terram; bibe-
 runt omnem peccatores terra, non
 est quod sibi vendicent daemones ad
 resinguendos focos suos. sed nec ho-
 mines socij demoniorum. Semel illud
 descendit, non sanguis, sed anima,
 & hac portio eorum, qui in carcere
 erant, una illa visitatio, qua
 tunc facta est per praesentiam anima,
 cum corpus penderet examine super
 terram. Sanguis aridam rigavit,
 sanguis infudit terram, & inebria-
 vit eam; sanguis qua in terra, &
 qua in caelis sunt, pacificavit; non
 autem & qua apud inferos, nisi
 quod semel illud, ut dixi, anima eius
 excucurrit, et fecit ex parte redemp-
 tionem, ne vel eo momenti vacerent
 opera charitatis, sed ultra non ad-
 jiciet. Ergo nunc tempus acceptabi-
 le, & aptum ad quaerendum, in
 quo plane qui quaerit, invenit;

si tamen ubi, & uti oportet, quaerit.

LIBRO II.

Cap. 1. §. 3. Beat. Pet. Dam.
 in Gomorthiano, cap. 23.
 si callidus insidiator lubricam car-
 nis speciem obijcit, illic mens ad
 mortuorum sepulchra oculum diri-
 gat, & quid illic suave tactu, quid
 delectabile visu reperiat, solterter
 attendat. Consideret itaque, quia
 virus, quod nunc intolerabiliter
 foetet, quod sanies, qua vermes gignit,
 & pasce, quod quidquid pul-
 veris, quidquid aridi cineris illic
 iacere conspicitur, olim lata caro
 fuit, qua huiusmodi passionibus in
 sua viriditate subiacuit. Perpendat-
 tur denique, nervi rigidi dentes nu-
 di, ossium, articulorumque compago
 divulsa, omniumque membrorum
 compositio enormiter dissipata. Sic,
 sic informis, atque confusa imaginis
 monstrum extrabat ab humano corde
 prestigium.

Cap. 2. §. 2. Aug. Pœnitentia in
 morte satis periculosa est, quia non
 invenitur in sacra Scriptura nisi
 vnus, scilicet latro, qui in fine verè
 pœnituit; iste, ut nullus desperet,
 solus, ut nullus praesumat, quia in
 homine sano pœnitentia est sana, in
 infirmo infirma, in mortuo mortua.

Idem in Confes. Semiebam ab
 eis teneri, & iactabam voces misera-
 biles: Quamdiu, quamdiu, cras, &
 cras, quare non hac hora turpitu-
 dinis mea. Dicebam hæc, & flebam
 amarissimâ contritione cordis mei.

Autoridades Latinas.

§. 3. Senec. epist. 118. Non tam benignum, & liberale tempus natura nobis dedit, ut aliquid ex illo vacet perdere; & vide quam multa etiam diligentissimis pereant. Aliud valetudo sua cuiq; abstulit, aliud suorum, aliud necessaria negotia, aliud publica occupaverunt vitam nobiscum dividit somnus. Ex hoc tempore tam angusto, tam rapido, & nos auferente, quid iuvat maiorem partem mittere in vanum?

Marc. Anton. lib. 2. de vita sua. Certè aliquando te animadvertere oportet, cuius mundi pars sis, & à quo mundi gubernatore deflexeris: tum finem prescripti tibi temporis futurum. Quod quidem tempus, si non impèderis tranquillitati animi paranda, elavetur, neque redibit unquam tibi defuncto. Singulis horis animo in id incumbere, ut fortiter, quemadmodum Romano, & viro convenit, id quod præ manibus est, peragas: acurata, & non ficta gravitate, humunitate, liberalitate, iustitiaque adhibitis. Interea animum tuum ab omnibus alijs cogitationibus averte: Quod ita fiet, si unumquodlibet negotium eorum, quæ in vita tua exequenda tibi sint, postremum esse iudicans, ita conficias, ut nequid vanitatis affectum à consilio avertentium simulationis amore, sui, aut earum rerum, quæ fato quodam ei negotio adinventa sunt, improbationis admittatur.

Cap. 4. §. 1. Chris. Hom. 24. in Matth. satius est mille fulmina

sustinere, quàm vultum illum mansuetudinis, pietatisque plenum, nos tamen avertentem videre, & illos totius tranquillitatis oculos nequam nos aspicere sustinentes.

§. 3. Idem. Cum non esses, esse te prestiti, & tibi inspiravi animam: Qui te supra ea, quæ in terra sunt cuncta, constitui: qui propter te, & Cælos, & aerem, & pelagus, & terram, & omnia, quæ existunt, creavit: qui à te inhonoratus sum, & diabolo ipso vilior existimatus: qui nec sic quidem destiti, sed innumera tibi beneficia, etiam post illa, donavit qui ob tuam salutem fieri servus elegi: Qui palmis ora temeratus, & faciem sputaminibus aspersus, & servili supplicio deputatus, ut te de morte redimerem, crucis mortem ipse sustinui: Qui pro te etiam in Cælo interpello Patrem: Qui Spiritum Sanctum tibi dono: Qui te ad Regnum invito Cælorum, qui tibi etiam tanta promisi: Qui & caput tuum esse volui, & sponsus, & vestis, & donus, & radix, & pastus, & potus, & pastor, & frater: Qui te heredem, cohæredemque delegi: Qui de tenebris in lumem te duxi.

Cap. 7. §. 2. Amian. Marcel. lib. 26. Novo ad huc superstite Procopio Tiranno, ad diem duodecim Kalend. August. Consule Valentiniano primum cum fratre; harrendi tumores per omnem orbis ambitum grassati sunt subito, quales, nec fabula, nec veridica nobis

Autoridades Latinas.

antiquitates exponunt. Paulo enim post lucis exortum, desinitate prævia fulgurum aerium vibratorum, tremefacta concutitur omnis terreni stabilitas ponderis mareque dispulsum, retro fluctibus evoluitis, abcesse sit; ut resecta voragine profundorum, species natantium multiformes imò cernerentur hærentes, vallium que vastitates, & montium tunc, ut opinari debatur, suspicerent radios solis quas primigenia rerum sub immensis gurgitibus amandavit; multis etiam navibus velut arida humo connexis, & licet per exiguas vadarum reliquias palantibus plurimis, ut pisces manibus colligeret, & similia; marini status, velut gravati repulsam, versa vice consurgerent, perque vada ferventia insulis, & continētis terra porrectis spacijs violententer illisi, innumera quadam in civitatibus, & ubi reperta sūt, aedificia, complanarum; proinde ut elementorum furente discordia, involuta facies mundi, miraculorum species ostentabat. Relapsa enim aquorum magnitudo, cum minime speraretur, millia multa necavit hominum, & submersit, recurrentiū æstuum incitata verigine. Quadam naves, postquam humentis substantia concedit tumor, pessundata visa sunt, examinatoque naufragijs corpora supina iacebant, aut protra, ingētes aliæ naves, extrusa rapidis statibus, culminibus insidere tentorū, ut Alexandria contigit, & ad secundum lapidem fere procul à littore contorta sunt aliqua, ut lan-

conicam prope Methonem oppidum nos transeundo, cōspeximus diuturno carice fatiscentem.

LIBRO III.

Cap. i. §. i. Helichius apud Damasc. l. i. paralellorum. c. 10. Folia, & bullas, et sumum, & paleas, & umbram, & pulvorem ab aere veniente excusum, omnem huiusce avi splendorem appellavi. Terrena enim omnia terram pro fine nanciscuntur.

Marc. Aurel. Anton Philosop. lib. 6. de vita tua: *Quadam iam sunt, quadam mox existent, quæ & eius, quod sit, pars iam nunc aliqua evanuit. Fluxus, & alterationes continētur, mundum innovant, quemadmodum infinitum ævum temporis assiduo lapsu novum subinde reditur. In hoc itaque flumine, quædam ea, quæ præterferuntur, de quibus insistere non possit, honore aliquo dignetur, is quidem perinde agat, ac si quis unum de prætervolantibus passerulis diligere incipiat, atque is iam è conspectu eius abierit.*

S. Cyprian ab Demetrian. l. l. iud. primo in loco scire debes, senuisse iam mundum, non illis iam viribus stare, quibus prius steterat, nec vigore, & robore prævalere, quo antea prævalebat: hæc, etiam nobis tacentibus, & nulla de scripturis sanctis, predicationibusq; Divinis documenta promentibus, mundus ipse iam loquitur, & occasum sui rerum labentium probatione testatur. Non hyeme nutriendis seminibus tantà imbrium copia est: non frugibus ef-

Autoridades Latinas.

tate torredis solis tanta fragrantia est, nec sic verna de tēperie sua sata lata sunt; nec adeo arboreis fætibus autumnæ fœcunda sunt. Minus de effosis, & fatigatis montibus erūtur marmorum crassa; minus argenti, & auri opes suggerant exhausta iam metalla, & pauperis vena breviantur in dies singulos, & decrescūt. Deficit in agris agricola, in mari nauta, miles in castris, innocentia in foro, iustitia in iudicio, in amicitijs concordia, in artibus peritia, in moribus disciplina. Patasne tantam posse substantiā rei senescentis existere, quantum prius potuit novella adhuc, & vegeta inventus pollente? Minuatur necesse est quidquid sine tam proximo in occidua, & extrema devertit.

Ibidem. Hac sententia mundo data est, hæc Dei lex est, ut omnia orta occidant, & aucta evanescant, & infirmantur fortia, & magna minuantur, & cū infirmata, & diminuta fuerint finiantur.

Paulò post. Cum olim ultra octingentos, & nongentos annos vita hominū longeva procederet, vix non possit ad centenariū numerū pervenire. Canos videmus in pueris, capilli deficiunt, ante quam crescant, nec aras in senectute deficiunt, sed incipit à senectute sic in ortu adhuc suo ad finem nativitas properat. Sic quodcūque nunc nascitur mundi ipsius senectute degenerat, ut nemo mirari debeat singula in mundo capisse deficere, quando totus ipse iam mundus in

defectione sit, & in fine.

§. 2. Philo. de Ioseph. Quid alia res corporis, vonne somnia sunt? Nonne pulchritudo momentanea, penè prius marcescit, quàm floreat? Sanitas incerta, infirmitatibus obnoxia? Robur morbis expugnabile per occasiones plurimas? Sensuum integritas humoribus vitiosis facillè corrumpitur. Iam quanta sit in rebus externis obscuritas, quis nescit? Inhentes opes sæpe vna dies abscidit: multi honoratissimi antea, veris rerū vicibus, in contemptū venerunt cum ignominia. Imperia Regum maxima brevi temporis momento subversa sunt, fidem meīs verbis astruit Dionysius in Corintho, quondam Tyrannus Sicilia, mox pulsus, & Corinthum profugus, literator factus è tanto Principe. Attestatur & Crassus Rex Lydia, ditissimus Regum, qui sperans se delecturū Persarum potentiam, non modo proprium regnū amisit, sed & ipse vivus in potestatem hostium redactus, minimū absint qui exuretetur. Testantur de huiusmodi somnijs non singuli tantum, sed civitates, gentes, regiones; Græcia, Barbaria, insularum, continentisque incolæ, Europa, Asia, Oriens, Occidens; nihil enim usquam permanet sui simile.

Ioann. Chryst. hom. de pœnit. Præsentia omnia aranea telis imbecilliora, atque in somnijs fallaciora sunt; nam & bona, & mala finem habent. Cum ergo exploratum habeamus, charissimi, præsentia omnia

Autoridades Latinas.

in somnij cuiusdam instar esse, nosque velut in diversorio degere, ut qui omnino hinc exituri simus, itineris curam geramus, atque æternæ vitæ viatica nobis comparemus, induamus eas vestes, quæ nobiscum abeant. Quemadmodum nemo suam umbram arripere potest, sic nec res humanas, etenim illæ partim in morte dilabuntur, partim antemortem, atque quovis torrente rapido fluunt. Contra futura, nec mutationem, nec senium norunt, nulla in ea conversio cadit, verum sine ulla intermissione florent, atque in varia, & multiplici felicitate perstant. Care eas opes admireris, quæ cum Dominis minimè permanent, sed eos subinde mutat, atq; ab vno ad alterum desiliunt, ac rursus ab illo ad alium. Hec omnia contemnere, ac pro nihilo habere convenit; sufficit enim vel id vnum audire, quod ait Apostolus: Quæ videntur, temporalia sunt; quæ autem non videntur, æterna. Umbra quavis celerius res humana marcescunt.

Cap. 4. §. 2. Chriostom. homil. in Eutrop. Si vnquam antea, nunc maximè licet dicere: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Vbi nunc inclutus ille Consulatus splendor? Vbi illustres illæ faces? Vbi applausus illi, ac chorea, epulæq; ac festivi conventus? Vbi corona, & aulea? Vbi strepitus vrbs, & illæ Circensium spectaculorum faustæ acclamationes, atque adulationes? Omnia illa perierunt; procella vebemens folia deiecit, arborem spo-

liatam reddidit iam radicibus vacillantem, tantaque vis venti impacta est ut cū nervos eius vnipersos concusserit, tū ipsam funditus prosternere minetur. Vbi nunc ficcati illi amici? Vbi computationes, & cœna? Vbi parasittorū examen, merum per totam diem exhaustū, variæque coquorū artes, & potentatus cultores illi ad gratiam omnia dicere, & facere assueti? Omnia illa nihil nisi nocturnum somnium fuerunt, appetente die evanescent. Flores fuerunt verni, vere exacto emarcuerunt; omnia umbra erant, & præterierunt; fumus erat, & soluta sunt; bullæ erant, & disrupta sunt; aranea telæ erant, & laceratæ sunt. Qua propter spirituale hoc dictū occinimus, indesinenter dicentes: Vanitas vanitatum, omnia vanitas; hoc enim dictum in parietibus, in vestibis, in foro, in ædibus, in vijs, in fenestris, in ianuis, sed potissimum in ipsa cuiusque contentia continenter scriptū esse oportet, omnique tempore cogitationi observari, quandoquidem negotia fraudulenta, & personata, ac inimica veritatis, opinionem apud plerisque sibi paraverūt. Hoc dicto in prandio, in cœna, in cœtu hominum quemque proximum compellare oportebat, idemque ab illo vicissim audire, nempe, quod vanitas vanitatum, omnia vanitas. An non assidue tibi dicebam fugitivas esse divitias? Tu vero nos non ferebas. An non dicebam fugitiuè servi naturam eas habere; tu vero

Autoridades Latinas.

credere nollebas. Ecce experientia docuit, quod non solum fugitiva, & ingrata, sed homicida etiam sint, ut quæ in metum hunc te coniecerint. Sed quoniam Eunuchus iste, nec domesticis, nec alienis consilijs corrigi potuit; vos saltem, qui divitijs, honoribusque extollimini, huius calamitatem in vestrum profectum convertite. Nihil enim est humanis rebus infirmius; qua propter quocumque nomine earum vilitatem significaveris, minus quam propter veritatem dixeris, vel si fumum eas, vel fœnum, vel somnium, vel flores vernos, vel quidlibet aliud nominaveris; vsque adeo sunt fragiles, ut magis nihil, quam nihil ipsum. Quod autem non solum nihil sint, sed in præcipiti stent, vel hinc apparet. Quis hoc homine fuit excelsior? Nonne in toto orbe divitijs præcallebat? Nonne ad ipsa fastigia bonorum conscendit? Nonne omnes eum formidabant, ac verebantur? Sed ecce factus est & vinctus miserior, & servis miserabilior, & mendicis fame tabescentibus indigentior: per singulos dies gladios præ oculis habens in se exactos, & præcipitia, & carnifices, & viam, quæ ad supplicium ducit, ac nec memoria præteritarum voluptatum fruitur, imò ne luce quidem communi; sed meridie quoque tanquam in densissima nocte, angustijs parietum inclusus, oculorum usu privatur. Et quorsum hæc commemorare attinet, cū quam amaris aduiter, nullis verbis ex-

primere valeam, quis illi animus sit, per singulas horas capitis supplicium expectanti? Aut quid nostris verbis opus est, cum ipsius calamitatis imago ob oculos nostros versetur? Nuper namque, missis ad eum à Rege, qui vel per vim hominem pertraherent, cum ad sacra confugisset, buxo pallidior factus; nunc quoque nihilo meliorem quam mortui colorem obtinet. Accedit huc dentium maceratia, tremor totius corporis, vox singultiens, & lingua titubans; in summa, talis habitus, qualem oportebat habere animam, quæ iam metu diriguisset.

Antoninus lib. 2. suæ vitæ. Omnia, quæ sub sensum cadunt, ac præsertim ea, quæ vel voluptate allidunt, vel dolore terrent, vel fastu suo clara sunt: quam vilia sunt ea omnia, & contemptione digna, quæ sordida, obnoxia interitui, & mortua!

Cap. 6. Marc. Aurel. Ant. lib. 2. vitæ suæ. Sed forsitan gloria te sollicitum tenet? Respice quam celerimè omnia oblivione deleantur, quod sit chaos infiniti vrinque ævi, quam inanis fame sonus, quanta inconstantia, & incertitudo opinionum humanarum, quam arctè includantur hæc omnia locos quippe punctum est terra, atque huius ipsius quam perexiguus angulus habitat? Quot vero sunt in ea ipsa, aut quales illis, qui te sint laudaturi?

Ibidem. Qui fama post mortem

Autoridades Latinas.

cupiditate ducitur non cogitat quemlibet eorum, qui ipsius mentionem sint facturi, mox ipsum etiam moriturum; deinde itidem eum, qui huic succedit, idque eo usque dum omnis memoria perattonitos inani fama, extinctosque homines propagata, aboleatur. Quin etiam finge, immortales fore eos, qui tui recordentur, immortalam que tui futuram memoriam; quid ergo id ad te, ne dicam mortuum? Quid vel vivo tibi laus proderit? Nisi ratione cuiusdam dispensationis, ommitte enim nunc naturæ munus, huic temporari non conveniens, & de quo suo loco erit differendum. omne quod pulchrū est, ex se ipso tale est, atque in se ipso absolvitur, nullamque sui partem habet laudem. Ideo id quod laudatur, eo ipso, nec peius fit, nec melius.

S. Chrilostom. homil. 24. in Matth. Verum ut nos petimus ludicra illa edificiosa, plerūque destruimus; ita sapiente ille mente subvertit: & sicut nos parvulos de illa flentes destructione ridemus, sic isti quoque viri, novis de hac subversione mugientibus, non modo rident, sed etiam flent; siquidem, & eorū viscera compassione plena sunt, & nobis ingentia hinc nascuntur incommoda. Iam igitur in viros transeamus aliquando. Quandiu terra prorsus affligimur de lignis, ac lapidibus gloriantes? Quorsque lusibus occupamur, ac salutem nostram ip-

si despiciamus, ac prodimus? Nam ut pueri cum neglectis litteris, ad huiusmodi nugas sua studia converterint, durissimis verberibus subiacebunt; sic nos quoque, qui in his rebus studii omne consumimus, cū à nobis spiritualium exigetur operum disciplina, nisi que reddenda erunt habuerimus, parata horrenda illa supplicia perferemus.

Capit. 7. §. 5. Chrilostom. super Matth. Præ omnibus malis homo est pessimū malum. Qualibet bestia unū habet, & propriū malum, homo autem omnia: diabolus enim ad iustū accedere non audet, sed malus homo non timet, sed contemnit.

Idem homil. in Ascens. Comparatus est homo iumentis, & c. Peius est comparari, quam nasci naturaliter non habere rationem, tolerabile est, hominem vero ratione decoratum irrationabili naturæ comparari, voluntatis crimen est.

Capit. 8. Seneca. Quid est homo? Quodlibet quassatū vas, & quolibet fragile iactu. Quid est homo? Imbecillissimū corpus, & fragile, nudum suapte natura, inermē, alienæ opis indigens, ad omnem fortune contumeliam protectum, frigoris, & laboris impatiens, & infirmis, fluidisque contextū. Odor illi, saporque, & lāsitudō, & vigilia, humor, & vibus, sine quibus vivere non potest, mortifera sunt.

Autoridades Latinas.

Aristot. apud Stob. serm. 46. Quidam est homo imbecillitatis exemplū, temporis spoliū, fortunæ lusus, inconstantiae imago, invidiæ, & calamitatis trutina; reliquum vero pituita, & bilis.

Secundus Philosophus apud Dionys. Carthuf. de novis. ar. 15. Ab Adriano Imperatore interrogatus, quid est homo? Respondit: Mens incorporata, phantasma temporis, speculator vitæ, mancipiū mortis, transiens viator, hospes loci, anima laboriosa, habitaculū temporis parvi.

S. Bern. cap. 3. medit. Nihil aliud est homo, quam sperma, fœcidū, sacculus stercorū, cibus vermium; post hominem vermis, post vermem factor, & horror.

Innocentius Papa, lib. 1. de contemptu mundi. Consideraverim ergo cum lachrymis, de quo factus sit homo, quid faciat homo, quid facturus sit homo. Sane forma eius de terra, conceptus in culpa, natus ad pœnam: agit prava, quæ non licent, turpia, quæ non decent, vana, quæ non expediunt, fiet cibus ignis.

Idem cap. 8. O vilis conditionis humanæ indignitas! O indigna vilitatis humanæ conditio! Herbas, & arbores investiga; illæ de se producit flores, & frondes, & fructus; & tu lendes, & pediculus, & lumbricos. Illæ de se fundunt oleum, vinum, & balsamum; & tu de te sputum, vrinam, & stercus. Illæ de se spirant suavita-

tem odoris; & tu de te reddis abominationem fœtoris. Qualis est arbor, talis est fructus, non enim potest arbor mala fructus bonos facere. Quid enim est homo secundum formam, nisi quædam arbor inversa, cuius radices sunt crines, truncus est caput cum collo; cuius stipites est pectus cum alvo, rami sunt vlnæ cum tibijs, frondes sunt digiti cum articulis. Hoc est folium, quod a vento rapitur, & stipula, quæ à Sole siccatur.

Idem. Siquis autem ad senectutem processerit, statim cor eius affligitur, & caput concutitur, languet spiritus, & fœtet anhelitus, facies rugatur, & statura curvatur, caligant oculi, & vacillant articuli, nares effluunt, & crines defluunt, tremit tactus, & depimit tactus, dentes putrescunt, & aures surdescunt. Senex facile provocatur, difficile revocatur, citò credit, & tardè discredet, tenax, & cupidus, tristis, & quarulus, velox ad loquendum, & tardus ad audiendum: laudat antiquos, spernit modernos, vituperat præsens, commendat præteritū, suspirat, & anxiat, torpet, & infirmatur.

Idem cap. 4. Qui fertur esse tam detestabilis, & immūdus, ut ad eius contactum fruges non germinent, arecant arbusta, moriantur herbæ, amittant arbores fœtus, & si canes inde comederint, in rabiem efferantur.

Plin. lib. 7. capit. 7. Miscret, atque

Autoridades Latinas.

atque etiam pudet, astimantem, quam sit frivola animalium superbissimi origo, cum plerumque abortus causa fiat odor lucernarum extinctu. His principijs nascuntur tyranni, his carnifex animus. Tu, qui corporis viribus fidis, tu, qui fortuna munera amplectaris, & te non alumnum quidem eius existimas, sed partum; tu, cuius semper in victoria est messis; tu, qui te Deum credis, aliquo successu tumens, tanti perire potuisses, atque etiam hodie minoris potes, quantum serpentis ictus dentee; aut etiam, ut Anacreon Poeta, acino vna passa, aut ut Fabius Senator Prætor, in lactis haustu uno pilo strangulatus. Id demum profecto vitam aqua lance pensabit, qui semper fragilitatis humana memor fuerit.

Innocentius III. lib. 5. c. 1. de contemptu mundi. Virus pro ducit stercus, & vomitum, mortuus producit putridinem, & fetorem. Virus hominem unum impinguabit, mortuus vermes plurimos impinguabit. Quid enim fortius humano cadavere? Quid horribilius homine mortuo? Cuius gratissimus erat amplexus in vita, molestus etiam erit aspectus in morte. Quid ergo profuerit divitiis, quid epula, qui delicia? Non liberabunt à morte, non defendent à verme, non eripient à fetore. Qui modo sedebat gloriosus in throno modo taceat de spectus in tumulo; qui modo fulgebat ornatus in aula, modo

sordet nudus in tumba; qui modo vescebatur delicijs in canaculo, modo consumitur à vermibus in sepulchro.

S. Bern. cap. 3. Medit. sic in nō hominem vertitur omnis homo. Cum ergo superbis, homo, attende quid fuisti vile semen, & sanguis coagulatus in utero; deinde miseris huius vita expositus, & peccato, postea vermis & cibus vermium futurus in tumulo. Quid superbis pulvis, & cinis? Cuius conceptus culpa, nasci miseria, vivere pena, mori angustia? Unde superbit homo, cuius conceptio culpa, nasci pena, labor vita, necesse mori? Cur carnem tuam praeiosis rebus impinguas, & adornas, quam post paucos dies vermes devoraturi sunt in sepulchro; animam vero tuam nō adornas bonis operibus, qua Deo, & Angelis eius presentanda est in Cælo?

Euseb. de præparat. Evangelica, lib. 11. cap. 7. Natura enim nostra inter ortum, & mortem consistens, instabilis quaedam, & quasi phantastica est; nam si mentem collegeris, ac ipsam comprehendere omnino volueris, quemadmodum aqua manibus hausta, quando magis pramittit, tanto citius defluit, sic mutabilia cuncta, quando magis aliquis prosequitur, tanto magis amittit. Cum enim omnia sensibilia in fluxu sint, continuè fluunt atque corrumpuntur, nec eadem unquam permanere possunt. Fluvium autem eundem bis intrare secundum

Autoridades Latinas.

Heraclitum, impossibile est; quare nec mortalem substantiam, si iterato consideres, eandem habitu esse dices, sed mirabili commutationis velocitate modo dissipatur, modo contrahitur; imò vero non rectè dixi modo, & modo, cum simul aliud asciscat, aliud perdat, & aliud habeat ab ea; ita nunquam ad esse pervenire potest nunquam enim generatio eius stat, sed em rivo à spermate, deinde infans, puer, adolescens, vir, senex, decrepitus, ac quibuslibet primis corruptis atatibus, ad novas veniens, tandem omninò moritur. Ridiculosi ergo, sumus homines, vnam timentes mortem, qui multoties iam mortui sumus, & sapius moriemur, non enim extinctio ignis aeris solummodo generatio est, ut Heraclitus dicebat. sed apertius hoc ipsum in nobis quoque videtur; corrumpitur enim iuvenis in virum, vir in senem, puer in iuvenem, infans in pueram, & qui heri fuit, in eum, qui est hodie; quique hodie est, in crastinum; manet autem nullus idem; nullus enim est idem, sed in vno momento circa phantasmata, circa vnam, & communem terram influentem, ac refluxentem omni momento commutantur. Quomodo enim, si sumus iidem, alijs nunquam antea gaudemus? Alia modo amamus, atque odimus, alia laudamus, atque vituperamus, alijs verbis utimur, alijs passionibus movemur, non eandem figuram, non eandem de

rebus sententiam habentes? Non enim possibile est, sine commutatione alijs nunquam antea commoveri. Nec qui alias, atque alias mutatur, idem profecto est; quod si idem non est, nec est, sed fluit continua mutatione. Sensus autem ignorantia ipsius entis fallitur, & esse putat, quod non est. Quid igitur verè ens est? Quod aeternum est, quod ortum non habet, quod incorruptibile, quod nullo tempore mutatur. Mobile namque tempus est, & mobili materia coniunctum; fluit semper, & quasi corruptionis, atque generationis vas, nihil retinet; unde prius, atque posterius, quod fuit, & erit nihil omnino sunt. Quod vero ex tempore esse videtur, quod adesse dicimus, & non dicimus, hoc ipsum tamquam fulgur velociter transit. Quare, cum tempus mensura sensibilium sit, cumque ipsum nunquam sit, aptè dicimus ipsa sensibilium nunquam permanere, nec entia esse.

Chrsost. in Psalm. 36. Conturbatur homo, & finem amittit; conturbatur, & tamquam nunquam ortus extinguatur; conturbatur, & prius quàm ad tranquillitatem redeat, demergitur; ut ignis inflamatur, & ut stipula in cinerem redigitur, ut procella maiorem in modum attollitur, & ut pulvis de medio tollitur, ut flamma exsuscietur, & ut fumus dilabitur, ut flos decorem suum ostentat, & ut fenum marcescit, ut nubes

Auroridades Latinas.

expanditur, & ut guta immittitur, ut bulla intumescit, & ut scintilla extinguitur. Conturbatur, & divitiarum cœnum tantum secum affert. Conturbatur, ut fatorem lucretur. Conturbatur, ac sine ullo perturbationis fructu abcedit. Ipsi sunt perturbationes, aliorum delicia: ipsius cura, aliorum oblectamenta: ipsius afflictiones, aliorum fructus: ipsius direptiones, aliorum voluptates: ipsius maledictiones, aliorum cultus, atque obsequia, Adversus eum gemitus excitantur, & apud alios rerum copia est: adversus eum lachryma profunduntur, & apud alios opes sunt. Ipse in inferno excruciat, & alij persape in ipsius bonis, luxu diffuentes, cantillant. Verum tamen vade conturbatur omnis homo vivens. Homo, qui vitam ad breve tempus velut commodatū accepit. Homo, mortis debitum circa moram persolvendum; animal voluntate, animique inductione indomitum: improbitas nullo magistro præcepta, spontanea insidia, callidus ad scelus, ingeniosus ad iniquitatem, proclivis ad avaritiam, inexplebilis ad alieni cupiditatem, insolenti verborum temeritate præditus: ferox, sed qui facile frangatur; audax, sed qui facile superatur; arrogans lutum, insolens pulvis, inflatus cinis, scintilla qua facile extinguitur; flamma qua facile marcescit; lucerna, qua facile evanescit; filium, quod facile corrup-

pitur; fœnum, quod facile exseceratur; herba, qua facile emoritur; natura, qua semper absimitur; qui hodie comminatur, & cras diem extremum obit: Qui hodie in opibus, & cras in sepulcro est; hodie in diademate, & cras inter vermes; hodie in thesauris, & cras in tumulo; qui hodie est, & cras esse desinit: Qui nunc exultat, ac gloriatur, & paulo post lugetur: Qui in prosperis rebus, intolerando festivus est, & in calamitatibus nullam consolationem admittit: Qui se ipsum ignorat, & qua supra se sunt curiose inquiri: Qui quod præsens est nescit, & de futuris negatur: Qui natura mortalis est, & qua est superbia sempiternum se putat: illud inquam perturbationum omnium pervium domicilium, variarum febrium ludicrum, quotidianarum calamitatum gymnasium, promptum mæroris omnis conceptaculum. O quanta est vilitatis nostra tragœdia! Quantus infirmitatis nostra triumphus! O quot, & quanta dixi, nec tamen quidquam Prophetica voce aptius, accommodatiusque reperi, dicente. Verumtamen vanè conturbatur omnis homo vivens. Minus profectò quàm cadaver vilitatis habent ea, qua in hac vita splendida, & luculenta sunt.

Cap. 9. Sen. epist. 72. Summum bonum est, quod honestum est, & quod magis admireris unum bonum est, quod honestum est; cetera falsa, & adulterina bona sunt.

§ 2. Marc. Anton de vita sua.

Autoridades Latinas.

lib. 2. *Humanâ quidem vita tempus momentum est, natura fluxa, sensus obscurus, totius corporis temperamentum putrescit facile; anima vaga est, fortuna qua sit, difficile est conijcere, fama incerta est; atque ut summam rei dicam, omnia, qua ad corpus pertinet, fluxiv naturam habent; qua ad animam, insomnij, & fumi. Vita bellum est, & peregrinatio, fama post mortem oblivio est. Quid ergo est, quod tutò hominem possit deducere? Philosophia. Ea vero in hoc consistit, ut genium, qui in te est, incontaminatum conserves, atque illesum, voluptatibus, & doloribus superi orem: ut nihil frustra, nihil fictè, aut falsè agas; nihil cures agatne quidquam aliis, aut omitat: preterea, ut ea qua accidunt, fatove eveniunt, ita accipias, tanquam inde missa, unde tu quoque veneris: Postremò, ut placido mortem animo expectes.*

LIBRO IV.

Cap. 1. Aug. in Manual. si quotidie oporteat nos tormenta perferre, si ipsam gebennam longo tempore tolerare, ut Christum in gloria sua videre possimus, & sanctis eius sociari; nome dignum esse pati omne quod triste est, ut tanti boni, tantæque gloriae participes habeamur?

Idem August. lib. de libero arbit. cap. 3. *Tanta est pulchritudo iustitiæ, tanta incunditas lucis æternæ, hoc est, incommutabilis*

veritatis, atque sapientiæ, ut si non liceret amplius immanere, quàm unius diei mora, propter hoc solum innumerabiles anni huius vita plena delicijs, & circumfluentia temporalium bonorum, rectè, meritoque contemnentur. Non enim falso, aut pravo affectu dictum est: Quoniam melior est dies unus iustitij tuis super millia.

Cap. 2. §. 3. Boët. lib. Comprofa. *Exigua in mundo regionis quarta ferè portio est, sicut Ptholomeo probante didicisti: quia novis cognitis animantibus incolatur. Huic quarta: si quantum maria, paludesque premunt, quartumque siti vasta regio distenditur, cogitatione subtraxeris, vix angustissima inhabitandi hominibus area relinquetur. In hoc igitur minimo puncti quodam puncto circumsepti, atque conclusi, de pervulganda fama, de proferendo nomine cogitatis? At quid habet amplum, magnificumque gloria, tam angustiis, exiguisque limitibus arctata?*

Cap. 3. §. 4. Chrsifost. in 2. ad Corinth. Hom. 26. *Vbi nunc, quaeso, Alexandri tumulus est? Fac mihi eum ostendas, diemque quo vitam cum morte commutavit. At Christi servorum tam splendida sepulchra sunt, ut qua urbem omnium præstantissimam, maximèque regiam occuparint, & dies noti, atque sacrati, ut qui festi à toto orbe agitentur. At illius tumultam familiares quoque ignorant, horum autem barbari quoque*

Autoridades Latinas.

exploratum habent, ac sepulchra eorum, qui Crucifixo servierunt, regias aulas splendore vincunt, non tam magnitudinis, aut pulchritudinis adificiorum ratione (nam hac etiam ex parte superant) quam, quod multò maius est, coentium studio, & alacritate; nam & ille qui purpuram gestat, ad sepulchra illa se confert, ut ea exosculetur, abiectoque fastu, supplex stat, sanctosque obsecrat, ut ipsi apud Deum sibi praesidio sint, atque ut tentiorum epifem. & piscatorem, & quidem vita functos, patronos habeat, precibus ijs contendit, qui diademate victus est, &c.

Capit. 3. August. 1. de Civitate, capit. 8. Deus gratis se vult coli, gratis se vult diligere, hoc est, castè amari; non propterea se amari; quia dat aliquid præter se, sed quia dat se. Qui ergo invocatur Deum, ut debes fiat, Deum non invocatur; hoc enim invocatur, quod ad se vult venire; quid enim est invocare, nisi vocare in se? Nam cum dicitur: Deus, dà mihi divitias, non vis ut ipse Deus ad te veniat, sed vis, ut divitiæ veniant ad te. Si autem Deum invocares, ipse ad te veniret, ipse esset divitiæ tuæ. Nunc autem vis habere arcam plenam, & inanem conscientiam: Deus non implet arcam, sed peccatus, &c.

Capit. 4. Albertus Magnus, lib. 7. capit. 31. Tot igitur, & tanta sunt ibi gaudia, quod om-

nes Arithmetici huius mundi non possent ea numerare, nec Geometrici mensurare, nec Grammatici, Dialectici, Rethorici, aut Theologi explicare; quia nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor, & c. Gaudebunt enim Sancti supra se, de Dei visione; infra se, de Cæli, & aliarum creaturarum corporalium pulchritudine: intra se, de corporis glorificatione; extra se, de Angelorum, & hominum associatione. Deus omnes sensus spirituales ineffabili delectatione reficiet, cum ipse sit obiectum omnium sensuum spiritualium futurus; erit namque Deus speculum visui, cythara auditui, mel gustui, balsamum olfactui, flos tactui. Ibi erit candor lucis æstivalis, amœnitas vernalis, abundantia autumnalis, requies hiemalis.

§. 3. Sanctus Anselm. libr. de similitudine, cap. 71. Quo tunc replebitur iustus gaudio? Adhuc tamen, ad cumulū beatitudinis suæ, aliud habebit, unde magis possit gaudere; quia enim quisque, sicut se, alterum amabit. Patet, quia sic de illius felicitate, ut de sua, gaudebit. O quot igitur, & quanta gaudia quisque obtinebit, qui de tot, & tantis beatitudinibus Sanctorum iubilabit! Quod si tantum de alijs, quos ut se diligit, gaudebit, quantum de Deo, quem supra se diligit, exultabit?

Capit. 5. §. 1. August. lib. de spiritu, & anima. Tantum unusquisque gaudebit de beatitudine al-

Autoridades Latinas.

verius, quantum de suo ineffabili gaudio, & quot socios habebit: tot gaudia habebit. Quidquid expedit, & quidquid delectat, sibi est; omnes divitiæ, omnis requies, omne salarium, quid enim tibi deesse potest, ubi Deus est, cui nihil deest? Omnes sibi cognoscunt Deum sine errore, vident sine fine, laudant sine fatione, amant sine fastidio, & in hac dilectione requiescunt pleni Deo.

Cap. 8. §. 1. S. Bern. in meditati. Dic mihi, ubi sunt amatores mundi, qui ante pauca tempora nobiscum fuerunt? Nihil ex eis mansit, nisi cineres, vermes. Attende diligenter, quid sunt, & quid fuerunt: homines fuerunt sicut tu, comederunt, biberunt, riserunt, duxerant in bonis dies suos, in puncto autem ad inferna descenderunt: hic caro eorum vermibus, illic autem eorum anima ignibus deputatur æternis. Denique rursus infelici collegio colligati sempiterni involvantur incendijs, & qui socij fuerunt in vitijs, erunt & in pœnis, vna enim pœna implicat, quos vnus amor in criminem ligat. Quid profuit illis inanis gloria, brevis lætitia, mundi potentia, carnis voluptas, falsæ divitiæ, magna familia: ubi risus, ubi iocus, ubi iactantia, ubi arrogantia, ubi tanta læticia? Quanta tristitia, ubi post tantam voluptatem, tam gravis succedit miseria? De illa exultatione ceciderunt in magnam ruinam, & magna tormenta.

Cap. 8. §. 2. Sanctus August. lib. 21. de Civit. Dei, c. 12. Iæd pœna æterna dura, & iniusta sensibus videtur humanis, quia in hac infirmitate moribundorum sensuum deest ille sensus altissima, purissima, & sapientis, quo possit sentiri, quantum nefas in illa prima prævaricatione commissum sit.

§. 3. Sanctus Chrysost. hom. 22. in Matth. Qui in gehenna viritur, & Cælorum Regnum profusus amittit, quæ certè pœna maior est, quam cruciatus ille flammarum. Novi autem quia plurimi perterriti gehennam; ego tamen illius gloriæ amissionem multò amarior quam ipsius gehennæ dico esse supplicium. Si vero id non possum sermone monstrare, nihil est omnino mirandum. Nec enim novimus illorum beatitudinem prætorum, ut infelicitatem quoque de eorum amissione scire possimus. Nos autem hanc absque dubio discemus, cum experimur edoceri. Itaque tunc aperientur oculi, tunc velum auferetur tunc cū ingenti dolore impij videbunt quid inter bonum æternum, & summum, & hæc fragilia, & caduca discriminis sit.

§. 4. Idem Chrysost. ibidem. Intolerabilis quæ res est etiam gehenna (quis nesciat?) & supplicium id horribile; tamen, si mille aliquis ponat gehennas, nihil tale dicturus est, quale est à beatæ illius gloriæ honore expelli, exorsumque esse Christo, & audire ab illo: Non novi vos

Autoridades Latinas.

· Cap. 12. Chriſoſtom. epiſt. 5. ad Theodor. *Ab experimento rerum tenuium fieri poteſt ut accipiamus de magnis aliquid coniecturâ: Si quando in balneo fueris nimium efferveſcenti, tum gebennę recordaberere: & rurfus, ſiquãdo febrī acriore conflagraveris, ad flammam, quæ illic eſt, progredere: tum probè intellige, quia ſi balneum, & febris adeo nos afflictant, & territant, quo animo futuri ſumus, quando in fluvium ignis inciderimus?*

Idem Chriſoſt. hom. 2. in epiſt. ad Theſalonic. *Quando videris aliquid bonum, & magnum in præſenti vita, cogita Cælorum Regnum, & id nihil eſſe exiſtimabis; quando terribile, cogita gebennam, & irridebis. Quando te invaſerit cupiditas corporalis, reputa & ipſius peccati volūtate, quod nullius ſit pretij, quod nec habeat quidem voluptatem. Si enim legum, quæ hic ſunt lætę, metus tantum vim habet, ut nos à pravīs abducatur aſtioneibus, multo magis futurorum memoria, ſupplicium immortale, pœna ſempiterna. Si metus Regis terreni à tam multis nos abducit malis, quanto magis metus æterni Regis?*

Raban. in Eccleſ. *Cum febris valida, paupertas grandis arripuerint hominē, omne tempus, quod in ſanitate, & delicijs ante cōſumebat in oblivionem tradit, & ſola miſeria, vel egritudo occupatum illum tenet, nec iã aliud cogitare permittit. Vel ſi aliud quando ei in cruciatu cōſtituo quiddam priſtine felicitatis*

in memoriam venerit, nequitiam illi refrigerium præſtat, ſed pœnam accumulatur.

S. Hieron. in c. 65. Iſaię. *Cauſa lætitię, & confeſſionis veri Dei eſt, quia æterna anguſtiarum priorum ſuccedit oblivio. Obliviscuntur enim priſtina mala, non oblivione memorię, ſed honorũ ſucceſſione, iuxta illud: In die bona oblivio malorum.*

Lib. 1. cap. 1. §. 3. Dion. Carthuf. de 4. novif. art. 56. *Cum igitur tanta ſit dignitas hominum, qui ad tam præſtantiffimum fidem, ad Angelicã felicitatem, ad eternam ſui glorioſiſſimi Creatoris fruitivã, ac clarã contemplationem ſunt conditi, nonne inoffabiliter magna eſt ingratiitudo, vilitas, atque ſultitia carnalium, iniquorumque hominum, qui à Creatore ſuo ſe averteſtes, & tantã beatitudinem non curãtes, in rebus carnalibus, caducis, vanis, immundis, ac vilibus, felicitatem ſuam conſtituunt, hoc eſt in voluptatibus carnis, in terrenis divitijs, in honore, laude, ac gloria, temporalibus, tranſitorijs, & humanis? Quicumque enim peccat mortaliter, creaturã Creatori præponit & in re creata, caduca conſtituit ſibi finem, inherendo tali rei, magis quam Creatori; quod eſt maxima Creatoris iniuriã, & aſpernatio beatitudinis æternalis, ad quã non ipſe pſalmarit.*

Marcus Antonin. Imperat. de vita ſua, lib. 5. *Mane, cum gravatim à ſomno ſurgis, in promptu tibi ſit cogitare, te ad humanum opus*

Autoridades Latinas.

faciendum surgere. Itaque ergo, dicis: gravitate accedo ad agenda ea, quorum causa natus sum, ac propter quae in hunc veni mundum? Scilicet in hoc factus, ut decumbens in lecto me ipsum calefaciam? Atque hoc incundius est. Ergone ad voluptatem natus es, non ad agendum? Non vides plantulas, pacerculos, formicas, araneas, apes, singula hæc suo intentæ officio; tu vero ea, quæ sunt hominis, vitare recusas, nec ad id te confers, quod naturæ tuæ convenit? At vero quiete opus est: sanè, sed & huic modum statuit natura, deinde ut edendi, bibendique. Atque tu ultra modum, & id quod satis est, procedis; in rebus vero agendis intra modum subsistis. Fuit hoc, eo quod te ipsum non diligis, alioquin enim, & naturam tuam, eiusque voluntatem diligeres. Etenim alij, qui suas artes amant, operibus suis ita incumbunt, ut nec balnearum, ne cibi curam habeant; tu naturam tuam non tanti facis, quanti, aut tornator, aut histrio suam artem: quanti avarus argentum, & inanis gloriæ cupidus gloriam; hi enim, quarum rerum studio tenentur, dum eas augere possint, cibum, & somnum postponunt; at tibi actiones ad sanitatem spectantes humanam, viliores videntur, minoreque opera dignas?

S. August. in Psalm. 138. 12. In hac nocte, in hac mortalitate vitæ humane, habent homines lucem, habent homines tenebras: Lucem prosperitatem, tenebras adversita-

tem; sed ubi venerit Dominus Iesus, & habitaverit animam per fidem, & promiserit aliam lucem, & inspiraverit, & donaverit patientiam, & moverit hominem non delectari prosperis, nec frangatur adversis, incipit homo fidelis indifferenter uti mundo isto, nec extolli, quando res prosperæ accedunt, nec frangi, quando res adversæ sunt; sed ubique Dominum benedicere, non solum quando abundat, sed etiam quando amittit: non solum quando sanus est, sed etiam quando ægrotat; ut si in illo vera ista cantatio: Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.


Idem. Iam non novimus malum, nisi offendere Deum, & non perduci ad illa quæ promissit: nec novimus bonum, nisi promereri Deum, & perduci ad illa, quæ promittit. Quid illa bona mundi huius, & mala mundi huius? Indifferenter habeamus, quia iam suscepti ab utero matris nostræ Babylonis, cuius uterus consuetudo, indifferenter ea habentes, dicimus: Sicut tenebre eius, sic & lumen eius; nec felicitas huius sæculi nos beatos fecit, nec adversitas miseros.


Cap. 6. §. 1. Marc. Antonin. Imperator, de vita sua, lib. 9. Aut nihil possunt Dij, aut aliquid: si nihil, cur precararis eos? Si possunt, cur no magis etiam petis, ut dent tibi, nequid horum metuas, aut expetas, neque magis doleas, si absit, quam si adsit? Omnino enim, si possunt adiuvere ij homines,

Autoridades Latinas.

nes, etiam in hoc poterunt. Fortè
dices : Deus ea in mea posuit po-
testate. Estò : Nonne ergo præstat
te ijs, quæ in tua sunt potestate,
vti liberè, quam de ijs, quæ non
sunt in tu manu posita, sollicitum
esse, animo seruari, & abiectò?
Quis autem tibi dixit, Deos non
in his etiam, quæ penes non sunt,
auxilium adferre ? Incipe ergo

precari de his, & videbis. Preca-
tur alius, vt cum aliqua cubet; tu
pete, ne eius rei appetitus tibi oria-
tur. Alius petit, vt certa releve-
tur; tu ne ea lenari tibi opus sit.
Alius, ne amittat filium; tu ne
id ipsum metuas. Omnino ad hunc
modum vota concipe, &
quid sit futurum
vide.





LVGARES

DE LA SAGRADA ESCRITVRA.

Ex Genesi.

CAP. 13. Leua oculos tuos in directum, & vide à loco, in quo nunc es, ad Aquilonem, & Meridiem, ad Orientem, & Occidentem : omnem terram, quam conspicias, tibi dabo, & femini tuo, vsque in sempiternum, lib. 4. c. 10. §. 1.

Surge, & perambula terram in longitudine, & latitudine sua, quia tibi daturus sum eam, ib.

Cap. 3. 1. Die, noctuque astu yrebar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis, sicque per viginti annos in domo tua feruivi tibi, lib. 1. c. 13. §. 2.

Ex lib. 3. Regum.

Cap. 10. Beati serui, qui hic stant coram te, lib. 5. c. 1. §. 3.

Ex Iob.

Cap. 3. Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim, lib. 3. c. 9. §. 1.

Cap. 8. Sicut umbra dies nostri sunt super terram, lib. 1. c. 15.

Cap. 14. Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, lib. 2. cap. 4.

Cap. 30. Cum satiatus fuerit,

arctabitur, astuabit, & omnis dolor irruat super eum, lib. 3. cap. 10. §. 2.

Ex Psalms.

2. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos, lib. 2. cap. 4.

7. Ne quando rapias vt leo, animam meam, dum non est qui redimat, neque qui saluum faciat, lib. 2. cap. 3. §. 1.

8. Gloria, & honore coronasti eum, lib. 4. c. 2. §. 1.

38. Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tamquam nihilum ante te, lib. 1. cap. 12.

Verumtamen vniverfa vanitas omnis homo vivens, ibidem.

39. Multa fecisti tu Domine, mirabilia, lib. 5. c. 5. §. 2.

50. Et malum coram te feci, lib. 4. c. 13. §. 3.

74. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo, lib. 2. cap. 4. §. 2.

Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui, lib. 1. c. 2.

Nunc cœpi, hæc mutatio dexterae excelsi, lib. 1. c. 3.

Lugares de la Escritura.

86. Gloriosa dicta sunt de te, Civitas Dei, l. 4. c. 3. §. 2.

87. In laboribus à Iuventute mea, l. 5. c. 4. §. 1.

89. Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus, l. 2. c. 4. §. 2.

Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, ibidem.

91. Quam magnificata sunt operata tua, &c. l. 5. c. 5. §. 2.

107. Dies mei sicut umbra declinaverunt, l. 1. c. 15. §. 1.

111. Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & rabescet, ibidem.

138. Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius, l. 5. c. 2. §. 4.

Ex Proverbijis.

Cap. 6. Fill mi, si spononderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs sermonibus, &c. l. 1. c. 14. §. 2.

Cap. 19. Maliei percutientes stultorum corporibus, l. 4. c. 10. §. 1.

Ex Canticis.

Cap. 3. Sicut virgula fumi, l. 5. c. 6. §. 1.

Cap. 8. Fortis est vt mors, dilectio, l. 5. c. 9. §. 1.

Ex Ecclesiaste.

Cap. 4. Et laudavi magis mortuos, quam viventes, & sceleratorem vtroque iudicavi, qui necdum natus est, nec vidit mala, quæ sub Sole fiunt, l. 3. c. 7. §. 5.

Cap. 5. Avarus non implebitur pecunia, & qui amat divitias, fructum non capies ex eis, & hoc ergo vanitas, l. 3. c. 9. §. 2.

Est & alia infirmitas pessima, quam vidi sub Sole, divitiæ conservatæ in malum Domini sui, l. 3. c. 10. §. 1.

Cap. 11. Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminisse debet temporis tenebrosi, & dierum multorum, l. 1. c. 10. §. 1.

Cap. 1. Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius, l. 4. c. 13. §. 4.

Ex Sapientia.

Cap. 2. Umbra transitus est tempus nostrum, l. 1. c. 15.

Cap. 5. Et accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturas ad ultionem inimicorum, induet pro thorace iustitiam, & accipiet pro galea iudicium certum, sumet in scutum inexpugnabile equitatem, acuet autem iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos, &c. l. 2. c. 7. §. 1.

Ex Ecclesiastico.

Cap. 4. Corona aurea super caput eius, expressa signo sanctitatis, gloria honoris, & opus fortitudinis, l. 4. c. 2. §. 1.

Ex Isaiâ.

Cap. 5. Habitatores Ierusalem, & viri Iudæ, iudicate inter me, & vineam meam, quid debuit ultra facere vineæ meæ,

Lugares de la Escritura.

- & non feci? l. 2. c. 4. § 3.
- Cap. 30. Non inuenietur de fragmentis eius resta, l. 4. c. 8. §. 3.
- Cap. 34. De cadaveribus eorum ascendet foetor, lib. 4. cap. 10. §. 2.
- Cap. 34. Servire me fecisti in peccatis tuis, l. 4. c. 13. §. 3.
- Cap. 65. Cum feceris mirabilia non sustinebimus, descendisti, & à facie tua montes defluerunt. A seculo non audierunt, neque auribus perceperunt, oculus non vidit, &c. l. 5. c. 5. §. 2.
- Cap. 65. Ecce ego creo Ierusalem exultationem, & populum eius gaudium, l. 4. c. 4. §. 1.
- Ex Baruc.*
- Cap. 3. Vbi sunt Principes gentium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram, qui in avibus Cæli ludunt, qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum, qui argentum fabricant, & solliciti sunt, neque est inventio operum illorum, exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alij loco eorum extruxerunt, l. 4. c. 8. §. 1.
- Ex Ezequiele.*
- Cap. 7. Effundam iram meam super te, & complebo furorem meum in te, & iudicabo te iuxta vias tuas, & imponam ti-
- bi omnia scelera tua, & non parceret oculus meus, nec miserebor, &c. l. 2. c. 5. §. 1.
- Ex Ossea.*
3. Paventur ad Dominum, & ad bonum eius, l. 5. c. 5. §. 2.
12. A iracundiam me provocavit Ephraim in amaritudinibus suis, p. 355.
- Ex Habacuc.*
- Cap. 3. Contriti sunt montes sæculi, incurvati sunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius, l. 1. c. 8. §. 2.
- Ex Amos.*
- Cap. 8. In die illa occidet Sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis, l. 1. c. 8. §. 2.
- Ex Mathæo.*
- Cap. 5. Beati pauperes spiritu. l. 5. c. 5. §. 1.
- Cap. 19. Qui reliquerit patrem, &c. centuplum accipiet, l. 5. c. 7. §. 1.
- Cap. 20. Nescitis quid petatis, &c. l. 5. c. 6. §. 1.
- Cap. 24. Amen dico vobis, non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cælum, & terram transibunt, verba autem mea non præteribunt, l. 2. c. 6.
- Cap. 25. Euge, serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium Domini tui, l. 4. c. 4. §. 1.
- Ex Luca.*
- Cap. 11. Fiat voluntas tua, &c.

Lugares de la Escritura.

Panem nostrum quotidianum
da nobis, l. 5. c. 6. §. 2.

Cap. 12. Stulte, hac nocte animam tuam rapient, & quæ parasti cuius erunt? l. 2. c. 4.

Cap. 17. Sic & vos, cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite: Servi inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus, l. 1. c. 8. §. 4.

Cap. 23. Nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros, l. 4. c. 13. §. 4.

Ex Epist. ad Roman.

Cap. 8. Quis nos seperabit à charitate, &c. l. 5. c. 9. §. 1.

Cap. 11. Si esurierit inimicus, &c. l. 5. c. 3. §. 2.

Ex Epistola prima ad Thimotheum.

Cap. 6. Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum diaboli, l. 4. c. 8. §. 1.

Ex Epistola ad Hebræos.

Cap. 12. Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus adversus semetipsum contradictionem, l. 5. c. 4. §. 2.

Ex Epistola Iacobi.

Cap. 5. Agite nunc, divites, plorate, ululantes in miserijs vestris, quæ advenient vobis, l. 4. c. 7. §. 1.

Ex Apocalypsi.

Cap. 3. Non invenio opera tua

plena coram Deo meo, l. 2. c. 5.

Cap. 3. Utinam calidus, aut frigidus esses, sed quoniam tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo, ibid.

Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno eius, l. 4. c. 2. §. 1.

Cap. 6. Ecce terræ motus magnus factus est, & Sol factus est niger, tanquam factus cilicinus, & Luna tota facta est sicut sanguis, & stelæ de Cælo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos, cum à vento magno movetur, & Cælum recessit sicut liber involutus, & omnis mons, & insulæ de locis suis motæ sunt, l. 2. c. 7. §. 3.

Cap. 9. Querent homines mortem, & non invenient eam, & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis, l. 4. c. 10. §. 3.

Cap. 10. Iuravit per viventem in sæcula sæculorum, qui creavit Cælum, & ea, quæ in eo sunt, &c. quia tempus non erit amplius, l. 2. c. 6.

Cap. 14. Hic patientia Sanctorum est, l. 4. c. 12. §. 1.

Cap. 18. Quantum glorificavit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum, & lucrum, l. 4. c. 11. §. 2.

INDICE

DE LAS COSAS NOTABLES.

- A** Bundancia de bienes de este mundo, puso à Aman en terrible ahogo, l. 3. c. 10. §. 1.
En vez de satisfacer, causa mas hambre, ibid.
Abuso de la misericordia Divina, l. 4. c. 12. §. 1.
Acab poseyendo vn Reyno, desso vna viña de Nabor, l. 3. c. 9. §. 2.
Astiolino Tyrano, que carceles tenia tan espantosas, l. 4. c. 9. §. 2.
Adulterinos, y falsos bienes, todo lo que no es virtud, l. 5. c. 1. §. 5.
Afectos humanos, que miserias causan, l. 3. c. 7. §. 5.
Afectos à los bienes del mundo, siempre engañados, siempre infaciabiles, l. 3. c. 9. §. 2.
Agilidad de los cuerpos gloriosos, l. 4. c. 6. §. 2.
Agradecimiento que debe tener el pecador, porque en pecando no le echò Dios en el infierno, l. 4. c. 11. §. 2.
Aguá destruyò el mundo, contra el fuego, y ardor de la concupiscencia, l. 2. c. 7. §. 5. 1.
Aguá cogida en las manos, que quanto mas se aprieta, mas se derrama, es todo lo temporal, l. 3. c. 8. §. 2.
Agripina Romana hizo juntar dinero que su hijo daba de vna vez, para que viendo el monton, supiesse que daba prodigamente, l. 1. c. 5. §. 1.
Ayre embravecido, quantos estragos haze, l. 2. c. 7. §. 2.
Alma envilecida por el pecado, l. 2. c. 7. §. 3.
Alma con culpas veniales, en vna vision de vna sierva de Dios, l. 3. c. 8. §. 3.
Algalia, sudor, è escremento de vn gato, l. 3. c. 6. §. 2.
Almizcle, quaxaron de sangre corrompida de vn animal, ibi.
Alteracion portentosa de las aguas del mar, l. 2. c. 7. §. 2.
Alexandro hijo del Rey de Escocia se apareció con dos coronas, l. 5. c. 8. §. 3.
Ambicion de Alexandro, de Julio Cesar, y de Aristoteles, l. 2. c. 8.

Indice de las cosas notables.

- c. 18. §. 2.
- Ambar escremento del mar, ò de la ballena, l. 3. c. 9. §. 2.
- Ametisto causa vigilancia, l. 1. c. 3. §. 2.
- Quieta al hombre, y le sosiega, ibidem.
- Amor à lo temporal, haze camino al pecado, l. 4. c. 13. §. 4.
- Amorreos muertos con granizo, l. 2. c. 7. §. 2.
- Angel herirà al Sol, Luna, y estrellas en el fin del mundo, l. 2. c. 7. §. 3.
- Anibal murmurado de los Cartagineses, l. 3. c. 7. §. 5.
- Años, en el dia de la eternidad son pequeños, lib. 1. cap. 13. §. 3.
- Andronico Emperador, quan portentosamente vltrajado, y muerto, l. 3. c. 3. §. 1.
- Antioquia temblò en el casamiento del Emperador Mauricio, por espacio de tres horas, l. 2. c. 7. §. 3.
- Anosto lugar de los Meropes, que significa, l. 4. c. 8. §. 2.
- Aparicion de vn Religioso à otro amigo suyo, l. 1. c. 4. §. 2.
- Apetito humano contrario à si mismo, l. 2. c. 2. §. 3.
- Infaciable siempre, lib. 3. c. 7. §. 2.
- Aposentador de S. Francisco de Borja su proprio conocimiento, l. 5. c. 2. §. 2.
- Arañas, en lo que texen simbolo del obrar de los malos, l. 1. c. 13. §. 2.
- Arquimedes trabajaba de dia, y de noche, por adquirir alguna demonstracion Mathematica, l. 4. c. 5. §. 1.
- Arquimedes escrivio vn libro, probando que todas las cosas se comprehenden en algun numero, l. 1. c. 8. §. 2.
- Aristarco escrivio mas de mil Comentarios, l. 2. c. 7. §. 4.
- Aristomenes hallò su remedio, quando mas desesperado del, l. 3. c. 2. §. 1.
- Aristoteles se cita à si mismo en el libro que diò à Teodeste, para que le sacasse en su nombre, l. 2. c. 8. §. 2.
- Armas del zelo Divino para pelear con los pecadores, l. 2. c. 7. §. 1.
- Armas computaban por miembros propios los soldados Romanos, l. 3. c. 6. §. 3.
- Atlantida Isla entre España, y las Islas Occidentales, mayor parte del mundo que Africa, y Asia, sepultada oy en el Oceauo, l. 2. c. 7. §. 2.
- Atrevimiento del pecador, l. 4. c. 13. §. 3.
- Aurelio Emperador se maravillaba de que huviesse quien estimasse cosas del mundo, l. 3. c. 1. §. 1.
- Aureliano triunfò en Roma con gran ostentacion, y que fin tuvo, l. 3. c. 1. §. 1.

B.

Babylonia destruida, apareciendo demonios en figura

Indice de las cosas notables.

- de bestias, l. 2. c. 7. §. 3.
Babylonia desierta, habitacion
de Harpias, l. 3. c. 1. §. 1.
Bautismo de vn monstruo, que se
convirtió en vn niño hermo-
so, l. 4. c. 1. §. 4.
Batalla de culpas, y penas en el
fin del mundo, l. 2. c. 7. §. 1.
Bautismo nacimiento del costa-
do de Christo nuestro Re-
demptor, l. 3. c. 6. §. 1.
Belisario Gran Capitan, que fin
tuvo, l. 3. c. 3. §. 2.
Bestia del Apocalypsi, figura del
mundo, y sus vicios, l. 3. c. 5,
§. 1.
Beneficios que Dios haze, signifi-
cados en el rio de fuego que
salia de su rostro, l. 2. c. 4. §. 3.
Beneficios de Dios se han de
agradecer, no solo por la sub-
tancia, sino por las circunstan-
cias, l. 2. c. 6. §. 1.
Bien grande no tener bienes de
la tierra, y la pobreza de espi-
ritu, l. 5. c. 7. §. 1. y 2.
Bien solamente lo honesto, l. 3. c.
9. §. 1.
Bienes que son verdaderos piden
maestro que los enseñe, l. 1. c.
1. §. 1.
Bienes del mundo, quan vanos
son, l. 3. c. 6. §. 4.
Exemplos acerca desto de S. Es-
piridion, y vn discipulo suyo,
ibidem.
Bienes del mundo falsos, y adul-
terinos, l. 3. c. 9. §. 1.
Quan engañosos sean, se prueba
evidentemente, con que nin-
guno goza en ellos el conten-
to que le prometian, l. 3. c. 9.
§. 2.
Todos no bastan para contentar
à vn hombre, ibidem.
Son engañosos, vanos, y traydo-
res, y patricidas, l. 3. c. 10. §. 1.
Dañosos para la vida temporal,
ibidem.
Bienes presentes, y futuros, cosa
dificil, l. 3. c. 10. §. 3.
Bienes eternos tan grandes, que
por vn dia de gozarlos, se de-
bian passar mil años de tor-
mentos, l. 4. c. 1. §. 1.
Bienes temporales, mezclados
con muchos males, l. 4. c. 1. §. 2.
Bienaventurados Reyes del
Cielo, sin las pensiones de los
Reyes del mundo, lib. 4. c. 3. §.
3.
Bienaventurados, quan cumpli-
da honra tendran, y quan
cumplidas riquezas, l. 4. c. 3. §.
3. y 4. §. 1.
Al bienaventurado llamaban los
Hebreos bienaventuranzas,
para significar las que tiene,
l. 4. c. 5. §. 1.
Bienaventuranza de los senti-
dos, l. 4. c. 5. §. 2.
Bienes del Cielo cotejados con
los de la tierra, l. 3. c. 7. §. 1.
Deben codiciarse los eternos,
siquiera como Septimuleyo
los temporales, ibidem.
Exemplos de otros que hizieron
mucho por los bienes de la tier-
ra, l. 4. c. 7. §. 2.
Bienes los que llevan à Dios, y
ma⁴